UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quæ per errorem, ut necessaria quis fatetur, p. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

Ratio eſt, quia in priore caſu nulla adeſt confeſſio Sacramentalis, adeſt utcumque in poſteriore,

§. 6.

Quæ per errorem, ut neceſſaria, quis fatetur.

10 CErtum ſit Sextò, ea, quæ peccata non ſunt, ſed ut talia Confeſſori afferuntur, & rurſus omnia quæ neceſſaria vel utilia ſive ſunt, ſive etiam, r ab errante pænitente, ut talia ad explicandum ſuum peccatum judicantur, eſſe Sigilli materiam; quia iam ex vi confeſſionis ſacramentalis audiuntur.

r *Malder. tra de Sig. c. 15.*

11 Dices: ergo ſi pænitens, ad ſuum crimen exprimendum dicat ſe eſſe Sacerdotio initiatum, ſe eſſe Religioſum, Conjugatum, Militem, &c. Confeſſori non liceret hæc divulgare: quod

quod certè nimis eſt ſcrupuloſum.

12 Reſpondeo hac in re diſcretione opus eſſe; quæ enim dicuntur ut neceſſaria, vel utilia ad explicationem peccati, duplicis generis eſſe poſſunt. Nonnulla ſunt ejuſmodi, ut ægrè ferat pænitens, ſi illa ſciantur. Nonnulla verò, ut ſi noſcantur, nihil laboret pænitens; Illa ergo vulgari poſſunt, hæc non item; quia ex horum non verò illorum revelatione fit odioſa confeſſio. Quare ſi ſcires, eſſe v. gr. coniugatum nihil obſit pænitenti; prout libet, id evulgare potes; at ſi obſit, ut quia v.g. ejus Dominus cælibem ſervum, non uxoratum expetit; edicere tibi nequaquam licet.

ſ *Delug. de pænit. diſp.* 23. *ſec.* 3. *n* 37